



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1652-1663**

Cap. 16. Circa Eucharistiæ neceßitatem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80513](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80513)

PROBL. LXXXVI.

*Hæ reliquiae sumendae sunt, & sumendae
necessario non sunt in
continenti.*

378 **R**esum requireris, intra quod tempus pos-
sint hæ reliquiae sumi? In continenti su-
mendae sunt, nimirum antequam Calix in altari
reponatur. Quia si sumptio differatur, ad id
conuiuium hæ reliquiae pertinere non videbun-
tur. Sic Henricus cum multis lib. 8. cap. 50. nu-
mero 2.

379 **Q**uia quamvis ibi moratus sit Sacerdos dispen-
sando Sacramentum, nondum censetur suum
ministerium expleuisse, & adhuc una moralis
actio sacrificandi continuatur. Ita cum aliis
Diana p. 3. tr. 4. resol. 45.

380 **S**ecundam sententiam ut probabilioram am-
plicitor. Nam dum Sacerdos ab altari non rece-
dit, actionem illam ad idem sacrificium pertinere
non dubito.

PROBL. LXXXVII.

*In Sacristia dum Sacerdos vestes retinet
sacras, potest, & non potest, reliquias
cuiusvis magnitudinis inuentas in Ca-
lice, vel in Patenâ absumere.*

381 **P**otest quidem. Quia adhuc talis sumptio
pertinet ad perfectam eiusdem sacrificij con-
summationem, quod nondum est perfecte con-
summatum ob illas reliquias inaduertenter re-
lictas. Sic Granad. 3. p. controu. 6. tract. 10. dist. 8.
num. 11. Fabris in manua. cap. 1. num. 142. Magal.
in promptuar. tom. 2. v. Eucharistiam suscipere.
num. 24.

382 **M**inimè potest. Quia iam Sacerdos suum
ministerium expleuit, & ideo non censetur ead-
em moraliter actio, sed secunda communio
contra præceptum bis eadem die non commu-
nicandi. Ita Coninch. q. 80. num. 64. Cardin. de
Iugo d. 15. num. 32. Villalob. Fagund. Ioan. de la
Cruz quos refert, & sequitur Diana part. 5.
tractat. 14. resol. 43. & part. 6. tractat. 6. reso-
lut. 17.

383 **H**oc probabilius, sed in praxi difficile, nisi
promptus sit alius Sacerdos, qui in eodem Cali-
ce celebrat, sumatque reliquias in eo, vel in Pa-
tenâ, vel in Corporali repertas. Si verò reliquiae
commode nequeant asservari (vri sæpe accider)
etiam in sacristiâ, & exutus vestibus sacris, po-
terit Sacerdos illas absumere ob maiorem irre-
uerentiam vitandam. Quod si Sacerdos particu-
las reperiat, quos dubitet esse consecratos, sume-
re potest illas post communionem, vel etiam
post ablationem: nam eadem actio reputatur.
Quod Bonacin. d. 4. quest. 6. punct. 2. num. 16. ad-
uertit.

PROBL. LXXXVIII.

*Præfata reliquiae inuenta post ablationem
in patenâ, Calice, aut Corporali, pos-
sunt, & non possunt laicis, qui iam tunc
communicarunt, cum ablatione mini-
strari.*

384 **P**ossunt quidem. Quia illa sumptio propter
paruum moram censetur eadem actio mora-
lis cum sumptione hostiolarum, quam ieiunus acce-
pit. Sic Sotus in 4. dist. 12. quest. 1. art. 8. Henric.
lib. 8. cap. 50. num. 2. Si laici sint ieiuni. Philibert.
Marchin. asserit posse cum ablatione ministrari.
de Sacram. Ordin. tract. 3. par. 3. cap. 3. n. 16.

385 **M**inimè possunt. Quia talis sumptio cen-
setur secunda communio, quæ licita non est: Ita
Diana cum aliis p. 6. tr. 6. resol. 23.

386 **E**go vero cum Coninch quest. 80. num. 7. &
Fillucio tract. 4. num. 241. distinguo. Si laici post
communione sumptionem ablationem, vel si-
nietine iam communionem ante ablationem,
haud possunt eis reliquiae exhiberi; quia harum
sumptio non pertinet ad ipsorum ministerium,
quod in ipsa communione completur, & ideo
non possunt rursus communicare. Si tamen si-
mul dentur cum priori formulæ ablatione, cen-
setur una moralis communio, ideoque licebit.
Et Rituale Romanum præscribit, ut post datam
Eucharistiam infirmo detract ablutio postquam in
aqua illa Sacerdos digitos diluit. Imò assollet si-
mul vas, in quo delatum fuit Sacramentum di-
lui. Quia nondum censetur communio finita,
donec ablutio sumatur, quasi moraliter hæc ad
eamdem communionis actionem ex Ecclesiae ritu
pertineat.

CAPVT XVI.

Circa Eucharistia necessitatem.

PROBL. LXXXIX.

*Eucharistia est, & non est medium neces-
sarium ad primam iustificationem.*

387 **E**COLO ex se. duplicem distingui
necessitatem, alteram præcepti, alteram
medij. Necessitas præcepti dicitur, supponit
quæ subest, ad vitandum nouum peccatum. Sic
omnia, quæ sub graui culpa præcipiuntur, sunt
necessaria necessitate præcepti. Necessitas me-
dij, vel remedij, vel salutis, vel finis est, quæ po-
titiue conducit ad æternam salutem: quia politiue
apponit medium necessarium ultimo fini conse-
quendo: sic contritio, gratia iustificans, & ex-
citans, ac perseverantia finalis, sunt necessaria
necessitate medij; quia politiue conferunt ad re-
generationem spiritualem, & ad æternæ beati-
tudinis consecutionem. Igitur ad questionem.

388 **E**ucharistia est medium ad primam iustifica-
tionem necessarium saltem in voto. Quia per
Baptismum ordinatur homo ad Eucharistiam, &
ideo eo ipso quod pueruli sacrâ vndâ alluuntur,
per

Sectio II. De Eucharistiâ, Problemata. 73

per Ecclesiam ad Eucharistiam ordinantur: unde sicut ex Ecclesiâ fide credunt, sic ex Ecclesiâ intentione Eucharistiam desiderant & per consequens accipiunt, rem ipsius. An non Christus Dominus Ioan. 6. dixit: *Nisi manducaueritis carnem Filii hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Inde colligunt Patres neminem etiam paruulum posse saluari nisi saltem voto fuerit particeps corporis ac sanguinis Christi. Lege August. *epistol. 106. C. 1. in Ioann. cap. 14. Innocent. epistol. 68. Cyprian. 1. 3. ad Quirin. cap. 25.* Et quia illa verba licet generalia sint, & intelligenda iuxta communem Patrum interpretationem de communione reali, quæ secundum fidem est in præcepto: tamen etiam capienda sunt de communione spirituali per fidem & votum Eucharistiæ, sicut August. Cyprian. & Innocent. capiunt. Sic Suar. *distinct. 40. sect. 2. Bonac. dist. 4. quest. 1. punct. 3. num. 2. ex D. Thom. 3. 79. art. 1. ad 1. profante: Nec aliquis habet gratiam ante susceptionem huius Sacramenti, vel nisi aliquo voto ipsius vel per se ipsum, sicut adulti: vel voto Ecclesiæ, sicut paruuli.*

389 Eucharistia nec paruulis nec adultis est necessaria medium in re, vel in voto, ad primam iustificationem. Non quidem paruulis, nam in re, nec in voto proprio requiritur ad eorum iustificationem; ergo non est illis necessaria. Prima antecedentis pars definitur in Tridentino *sess. 21. cap. 1. asserenti*, paruulos nullatenus obligari ad Sacramentalem Eucharistiæ communionem. Secunda pars ostenditur; nam paruuli omnino sunt voti proprii incapaces, quod est obiecti præcogniti desiderium; cum autem non præcognoscant Eucharistiam, non possunt illam desiderare: haud ergo possunt Eucharistiæ proprium votum habere. Non adultis, quia Eucharistia non est instituta per se ad primam iustificationem, seu remissionem peccati mortalis, vt docent Florent. & Trident. *sess. 13. cap. 2. & can. 5.* Ergo non potest esse medium ad illam necessarium. Nam esse medium necessarium in Sacramentis: supponit esse medium per se institutum ad talem effectum. Iam probo votum Eucharistiæ implicitum, aut explicitum haud esse medium necessarium ad primam iustificationem. Votum explicitum nemo requirit ad primam adultorum iustificationem, cum sæpe iustificentur per Baptismum, aut contritionem, aut confessionem sine cognitione, aut memoria, Eucharistiæ. Quod autem nec implicitum requiritur ex Trident. & Florent. ostendo tribuentibus remissionem peccatorum, & primam iustificationem Baptismo, & Pœnitentiæ. Sentient ergo, nullum aliud Sacramentum in re, vel in voto proprio ad hunc effectum requiri. Ita D. Thom. 3. 9. 80. a. 9. & 97. 3. a. 3. Henric. 1. 8. c. 3. n. 4. Coninch. 9. 73. n. 36. Filliuc. 1. 4. n. 37. Suar. cum aliis d. 40. sect. 1.

390 Idem arbitror credens, antiquos loqui de voto, quod est improprium, & in Baptismo, vel in primâ iustificatione continetur, & à Patribus vocatur spiritualis manducatio secundum mysticum sensum verborum Ioan. 6. qui pariter ad infantes extenditur: non tamen conuincit proprium Eucharistiæ votum esse necessarium. Sæpe quoque Patres & Concilia, dum de Eucharistiæ Sacramento agunt; transeunt ad

Esob. & Mend. Theol. Moral. T. III.

Christum in illo contentum, & è contra. Et quoniam vnio cum Christo simpliciter est ad iustificationem necessaria, dicere assolent, hoc Sacramentum esse necessarium, scilicet ratione rei contentæ, vel effectus ipsius.

PROBL. XC.

Eucharistia est, & non est medium necessarium ad perseverandum in gratiâ.

391 Non est. Quia conseruatio continua gratiæ vsque ad mortem non est saluti finali necessaria; sufficit enim si quis in gratiâ moriatur, quamvis antea sæpe per culpam decidat, & per pœnitentiam astringat. Deinde talis perseverantia continua infallibiliter ab Eucharistiâ non datur: siquidem multi post communionem citissime relabuntur. At retinere gratiam per breue tempus potest homo sine speciali auxilio, quare si tunc sit finis vitæ, dabitur perseverantia finalis quin Eucharistiæ votum in illam influat. Quamvis verò ad retinendam diu gratiam Dei specialia auxilia requirantur, tamen hæc non conferuntur per solum Eucharistiæ votum: sed etiam per alia opera bona, per orationem per aliorum Sacramentorum receptionem, per virtutum exercitia. Sic Ledesma, Hosius, Caietanus, Durand. Palud. quos sequitur Suar. *distinct. 40. sect. 2. Bonavent. Gabr. Alenf. quos sequitur Vasquez d. 169. c. 3. Valent. Reginald. Angl. quos sequitur Bonac. d. 4. q. 1. punct. 3. Filiuc. 1. 4. n. 42. Card. de Lugo d. 3. sect. 2. Diana p. 5. r. 13. resol. 28.*

392 Est medium necessarium ad perseverandum in gratiâ. Quia illud Sacramentum dicitur necessarium necessitate mediæ, cuius effectus est simpliciter necessarius ad salutem æternam. Sed effectus Eucharistiæ est simpliciter necessarius ad salutem æternam. Ergo Eucharistia est Sacramentum necessarium necessitate mediæ. Minorem probo, nam effectus Eucharistiæ est conseruatio gratiæ, vt cum D. Thom. omnes Theologi fatentur. Sed conseruatio gratiæ non minus est necessaria simpliciter ad salutem, quam prima iustificatio. Sicut ergo Baptismus, & Pœnitentia censentur simpliciter necessaria, quia causant primam gratiam; sic etiam Eucharistia, quia causat gratiæ conseruationem. Ita Henric. 1. 8. c. 3. n. 2. referens multos *lit. P. Bellarm. tom. 3. lib. 1. de Euchar. cap. 7. Fagund. præc. 3. l. 1. cap. 3. n. 4. & 6. Zambr. c. 3. dub. 1. citans Catharin. Ganeî. & alios.*

393 Quamvis prima sententia sit valde probabilis præcipue propter virorum auctoritatem, secunda mihi amplius ardet: quia magis credit Eucharistiæ in honorem. Illam autem sic explicō. Donum perseverantiæ, iuxta saniozem Theologiam, includit collectionem auxiliorum ad vincenda tentamina, ac seruanda præcepta, donec bellandi tempus, & labendi periculum mors corporis præcidat. Hæc auxilia si sint effectiua, dant infallibiliter actum finaliter perseverandi, nec esse possunt infallibilis Sacramenti effectus; sed solius prædestinationis: Quippe non omnes, qui recipiunt Eucharistiam etiam

G in

in fine vitae sunt praedestinati. Dico igitur, haec auxilia sufficientia necessaria prolixius adultis, ut possint conservare vitam spiritualem esse infallibilem communionis effectum, vel voti communicandi saltem impliciti. Quia Christus, sic instituit Eucharistiae Sacramentum, conservationi gratiae destinatum, ut adultis noluerit sua merita communicare quoad sufficientiam perseverandi, nisi recipiant Eucharistiam in re, vel in voto saltem implicito: quale censetur esse vel contritio peccatoris; vel voluntas recipiendi Baptismum, aut Pœnitentiam, dum non virget communionis praecipuum, vel non suppetit communicandi facultas. Sentio cum D. Thoma 3. parte quaest. 80. artic. 11. ad 2. *Hoc Sacramentum, (ait) dicitur esse necessitatis, sicut Baptismus, quantum ad pueros, quibus potest esse salus sine hoc Sacramento, non autem sine Sacramento Baptismi. Quantum vero ad adultos utrumque est necessarium.*

CAPVT XVII.

Circa praecipuum, diuinum Communionis.

PROBL. XCI.

Extat, & non extat praecipuum diuinum communicandi.

394
Non extat diuinum tale praecipuum.

NON extat. Quia tale praecipuum nec traditione constat, nec sacris in voluminibus habetur. Nam illud Ioann. 6. *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, &c.* De manducatione per fidem spirituali fuit dictatum. Verba vero Lucae 22. *Hoc facite in meam commemorationem*, vel ad solos ministros diriguntur, qui quidem consecrare iubentur, ut alij recipiant, si velint: vel praescribunt solummodo communicandi finem, scilicet intentionem ibi commemorandi Dominicam passionem. Sic D. Thom. in 4. distinct. 9. quaest. 1. art. 1. quaest. 1. c. 1. & distinct. 12. quaest. 3. art. 2. quaest. 1. c. 1. Carthusian. distinct. 9. quaest. 1. Alenf. 4. part. quaest. 51. membr. 4. Bonavent. Gabriel. Ferrasyluest. quos refert Vasquez distinct. 213. cap. 1.

395
Extat omnino. Extat planè. Quia verba illa Ioan. 6. *Nisi manducaueritis carnem, &c.* Patres de Sacramentali manducatione unanimiter capiunt, & saltem necessitatem diuini praecipui sonare contextus ipse, modusque loquendi satis ostendunt. Non enim potest illa conditionalis esse vera, nisi talis manducatio sub diuino praecipuo sit necessaria: si quidem alias non manducans, posset simpliciter vitam habere. Ita D. Thom. mutato consilio, 3. p. q. 80. art. 11. Gabriel etiam mutauit, sequuntur Durand. Palud. Rosen. Ledesm. Caietanus, Sotus uterque. Vasquez citat. Suarez distinctione 69. section. 1. Henriquez lib. 7. cap. 3. n. 2. cum multis Card. de Lugo d. 16. num. 2.

396
Profecto iam secunda haec sententia ita inualuit, ut Valentia tom. 4. distinct. 6. quaest. 8. punct. 4. dixerit: nullum hoc tempore Catholicum docere contrarium. Nullus eorum, (quos legerim dum cap. 6. Ioannis commentariis illustrari) qui de cibo Sacramentali capiunt illa verba, haecenus praecipuum huius Sacramenti diuinum esse negauit.

PROBL. XCII.

Hoc praecipuum diuinum communicandi, obligat, & non obligat, non baptizatos, siue fideles sint, ut Catechumeni, siue sint infideles.

NON obligat. Quia sicut Baptismus est omnium ianua Sacramentorum, sic etiam est fundamentum obligationis eadem recipiendi: quare nullus ante Baptismum ad recipiendum aliquod Sacramentum obligatur praeter Baptismum ipsum: sicut nec tenetur ad ieiunia, vel obseruationem festorum immediate quamvis debeat per Baptismum ad Ecclesiam venire, ac eius praecipui subiicere. Sic Sotus in 4. d. 18. q. 1. a. 3. Sanch. l. 1. de cal. c. 12. n. 15. Pitigia. Nufi. quos sequitur Bonac. d. 4. q. 1. punct. 2. n. 4.

Obligat omnino. Quia praecipua diuina generaliter prolata omnes capaces obligant, Obligat placum omnes diuina potestati subdantur. Sed hoc ne diuinum praecipuum generaliter fuit prolarum ad adultos, & non baptizatos capaces sunt illius saltem remotè, siquidem si velint baptizari, possunt illud implere. Ergo obligat etiam illos. Ita Vasquez d. 214. c. 4. Coninch. q. 80. n. 93. Suar. dist. 69. sect. 2. Reginald. lib. 29. num. 72. Card. de Lugo distinct. 6. num. 17. qui subinde censent, adultum non baptizatum, baptizari debere, ut communicare possit: alioquin peccare dupliciter, contra praecipuum scilicet Baptismi, & contra communionis praecipuum.

399
Censuerim ego, Christum potuisse obligare non baptizatos immediate ad Eucharistiam recipiendam, cum sic Dominus omnium: & de facto pro mortis articulo cunctos adultos obligasse ad communicandum: ita ut teneantur baptizari tunc temporis eo quoque titulo, videlicet ut sint Eucharistiae recipiendae capaces: & in hoc sensu veram esse secundam sententiam. At extra mortis articulum non improbarim sententiam primam, quia vix designati potest tempus determinatum, pro quo tale praecipuum obliget immediate non baptizatos. Quapropter extra talem articulum nunquam determinatè delinquent contra praecipuum diuinum communionis.

PROBL. XCIII.

Praecipuum diuinum communicandi, obligat, & non obligat saepius in vita.

PER accidens obligamur ad communionem, quoties iudicamus illam necessariam esse simpliciter ad resistendum alicui tentationi, vel ad vitandum lethale peccatum: sicut etiam tenemur